

ANALECTA AUSTRALIENSIA

QUE EXPONIT

DR J. MÜLLER

1. **Leptogium tremelloides** Fr. v. **limbatum**; *L. inflexum* v. *limbatum* Wils. Lich. Victor., p. 158; microphyllum; laciniaë sæpe incurvo-concavæ, hinc inde in marginibus copia isidii corallini et lobulis intermixtis incrassato-limbataë. — Pagina inferiore glabra et forma longe integriore laciniarum a *L. inflexo* Nyl. differt. — Victoria, in Mt. Macedon: Wilson n. 115, 141, Knight n. 99.

2. **Calicium obconicum** Müll. Arg.; thallus obsoletus, nisi macula albescente in ligno indicatus; apothecia cum stipite brevissimo v. subindistincto, apice 15/100-17/100 mm. lata, v. demum distinctius stipite crasso latiora, apice late truncata et in disco pruina sulphurea fugace ornata; sporæ 5-6¹/₂ µ. longæ et circ. 4¹/₂ µ. latæ, fusiformi-ellipsoideæ, 2-loculares. — Huic similia sunt *C. robustellum* et *C. pachypus* Müll. Arg., sed thallo et apotheciis aliter pruinosis differunt. — Hic spectat *Trachilia Victoriana* Wils. Lich. Victor. p. 71 pro parte. — Ad ligna vetusta in prov. Victoria: Wils. n. 411.

3. **Calicium Wilsoni** Müll. Arg.; thallus glauco-albus, tenuis, confluenti-glebosus, superficie firmus, pro parte rudimentarius; apothecia breviter et valide stipitata, stipite nigro 2-3-plo latiora, semiglobosa v. basi nonnihil obconico-angustata, extus nigrescenti-ferruginea, margine incurvo paullo concava, supra nuda, diametro circ. 35/100 mm. lata; sporæ 9-11 µ. longæ, 4-5 µ. latæ, 2-loculares, medio constrictæ. — Thallus ut in *C. quercino* Pers., sed capitula more *C. trachelini* pruinosa et margine connivente prædita. — Ad ligna vetusta, Queensland: Rev. Wilson n. 112.

4. **Stereocaulon ramulosum** v. **compactum** Müll. Arg.; podetia compacta, circ. 1-2 cm. tantum longa, basi nudata, cæterum gra-

nulis subdiscretis et phyllocladiis valde abbreviatis v. hinc inde magis elongatis et ramulosis cylindricis ornata; apothecia $1\frac{1}{2}$ - $2\frac{1}{2}$ mm. lata; sporæ 4-loculares. — *Gonimia cephalodiorum* sunt sirosiphonoidea et varietas dein ad seriem formarum pertinet quæ sub *St. proximo* a cl. Nyland. specificè distincta fuit. — *Saxicola* in Queenslandia: Shirley n. 1738.

5. ***Stereocaulon humile*** Müll. Arg.; dense cæspitose crescens; podetia valde humilia, tantum 4-7 mm. alta, a medio patenter pauciramea, validiuscula, inferne granulis et indumento carentia, superne, præsertim in apice ramulorum phyllocladiis graniformibus oblecta; phyllocladia crenata, conglomerata et pro parte subtiliter granuloso-lobulata; cephalodia parva, madefacta æruginoso-cinerea, uviformi-gibbosa, sicca cum phyllocladiis subconcolara; (*gonimia cephalodiorum* glomerulosa ut in *St. ramuloso* Nyl.); apothecia ignota. — Habitu ad *St. alpinum* v. *glabrum* Müll. Arg. accedit, sed humilior et phyllocladia demum minute granulati-divisa. — In prov. Victoria (verisimiliter in cacuminibus montium): Knight n. 60.

6. ***Clathrina aggregata*** Müll. Arg. v. ***pygmæa***; podetia tantum 4-6 mm. alta, robusta, clavata, superne leviter divisa (fertilia), parce aut non perforata. — Ad basin truncorum arborum in prov. Victoria: Knight n. 182.

7. ***Cladonia squamosa*** Hoffm. v. ***pachypoda*** Müll. Arg.; habitus ut in var. *acuta* (Tayl.), sed podetia duplo crassiora, semipollicaria, acuminata, subsimplicia, densissime minute squamulosa, dein apicem versus squamulis sensim brevioribus dense granulosa. — St. Vincents Gulf: Tepper.

8. ***Ramalina geniculata*** Hook. f. et Tayl. v. ***compacta*** Müll. Arg.; dense cæspitose-crescens, compacta, $\frac{1}{2}$ -1 cm. tantum alta, vulgo copiose fertilis; laciniaë basi latiusculæ, superne breviter et obtuse laciniato-lobatæ, fertiles sub apotheciis vix tumido-incrassatæ. — Vulgaris in Queenslandia et Victoria.

9. ***Ramalea cochleata*** Müll. Arg.; *Thysanothecium hyalinum* f. *squamulosum* Wils. Lich. Vict. p. 176; squamæ cæspitose crescentes, supra obscure glaucæ et læves, demum obsolete areolato-granulosæ, subtus pallidiores et nudæ, juniores hemisphærico-convexæ, subtus concavæ, lateraliter brevissime stipitatæ, mox oblongatæ et adscendentes, ellipticæ aut rarius transversim dilatatæ, $1\frac{1}{2}$ - $2\frac{1}{2}$ mm. longæ, semper cochleato-convexæ et subtus concavæ, apice integræ v. repando-lobulatæ aut 2-3-fidæ, in extremitatibus apothecia (rudimentaria visa globosa, exigua) solitaria aut botryoso — conferta gerentes; gonidia globosa, vulgaria, 7-10 μ . lata. — Primo intuitu accedit ad *Cladoniam papillarum* Hoffm., sed squamæ non

cylindricæ nec intus cavæ et squamæ juniores dein *Thalloidima australiense* Müll. Arg. haud male referunt. A *R. coilophylla* Müll. Arg. evidenter bene differt minutie et crassitie squamarum. Forte genus proprium sistit, attamen ob apothecia evoluta nondum cognita a *Ramaleis* rite discriminari non potest. — Ad terram aridam prope Sandringham in prov. Victoria : Wilson n. 19 et Knight n. 322; in Queensland : Shirley n. 18.

10. **Stictina Mougeotiana** f. **isidiosa** Müll. Arg.; laciniae (pallidæ ut in reliquis formis) supra læves aut sublæves ad margines et supra sparsim pustulis albidis subsoredioso-isidioideis ornatae. — Queensland : Bailey n. 739, Knight, Shirley n. 1199.

11. **Sticta flavissima** Müll. Arg. v. **simulans** Müll. Arg.; laciniae thalli ad margines et hinc inde in pagina superiore copiose corallino- et microphyllino-excrescentes. — Omnino *St. endochryseam* v. *flavicantem* (J. D. Hook. et Tayl.) Müll. Arg. refert et antea pro hac habita, sed valde recedit sporis duplo longioribus et duplo angustioribus. — Corticola, Queensland : Bailey n. 49, Shirley n. 1697 (sine apothec.), Darling Downs : H. Lau (sine apoth.) et ad Bellinger River in N. South Wales : J. H. Maiden n. 17.

12. **Stictina rigida** Müll. Arg.; thallus rigidus, coriaceus, diametro circiter sesquipollicaris, latiuscule lobato-laciniatus, pallide cervinus, supra undique crebre scrobiculato-inæqualis et sparsim minute albo-sorediosus, cæterum ibique et in margine laciniarum nudus, subtus tomento denso et crasso obscure fusco rhizinosus et pseudocypheis albis simul exiguis et mediocribus ornatus; apothecia $1\frac{1}{2}$ - $2\frac{1}{2}$ mm. lata; margo in dorso scaber, cæterum ex integro demum crenulatus; discus fusco-nigricans; sporæ circ. 30 μ longæ et 6-9 μ latæ, obtuse fusiformes, 2-loculares. — Juxta *Stictinam Thouarsii*, s. *Stictinam intricatam* v. *Thouarsii* Nyl. et *St. coriifoliam* Müll. Arg. inserenda est. — In Queenslandia : Dr Knight (qui dubitanter sub *St. Dozyana* misit sine numero).

13. **Theloschistes chrysophthalmus** v. **fornicatus** Müll. Arg.; *Xanthoria parietina* v. *spinulosa* Müll. Arg. Consp. L. Nov. Zel. p. 40, excl. syn. Krpil.; thalli laciniae pro parte majores et spathulatae, acutae, subcrenatae, superne valde convexae et subtus fornicato-concavae, inferne longiuscule ciliato-lobuligeræ; apothecia terminalia, peltata, margine integra. — Ad ramos et ramulos, in prov. Victoria variis locis : Moffat n. 4, Sullivan n. 8, Knight n. 102, 330, Wilson n. 107, et in Queenslandia : Bailey n. 33.

14. **Parmelia albata** Müll. Arg.; thallus platyphyllus et ambitu platylobus ut in *P. latissima* Fée, sed tenuior et albidus et subtus breviter

vestitus ibique late niger et nigro-vestitus, secus margines autem albidus et ibidem usque ad imum marginem albo-rhinosulus. — Apothecia ignota. Thallus hinc inde sorediigerus. — Ex indumento peculiari evidenter species bene distincta et prope *P. tinctorum* Nyl. et *P. perlata* Ach. inserenda est. Attamen, si sporæ magnæ, tum prope *P. Schweinfurthii* Müll. Arg. locanda esset. — Saxicola in prov. Victoria : Rev. Wilson (qui speciminulum sub n. 253 et sub admissio nomine misit).

15. **Parmelia tiliacea** Ach. v. **convexula** Müll. Arg.; thallus anguste et elongato-laciniatus; laciniaë contiguæ, copiose sinuato-lobatæ et convexulæ, demum præsertim transversim rimosæ et in centro granoso-asperæ. — Apothecia ignota. — A proxima v. *rimulosa* differt laciniiis magis elongatis, radiantibus et convexulis. — Saxicola, prope Brisbane : Shirley n. 1665.

16. **Parmelia tenuirimis** Tayl. f. **isidiosa** Müll. Arg.; thallus supra præter marginem isidio dense cæspitose tenello subramuloso obtectus. — Corticola, Victoria : Rev. Wilson n. 83, 1232.

17. **Parmelia conspersa** Ach. v. **strigosa** Müll. Arg.; crescendi modus ut in v. *laxa* Müll. Arg., sed adhuc (saltem pro parte) latius et laxius laciniosa, subtus undique nigro-fusca et rhizinis creberrimis longiusculis strigoso-hirsuta. — Apothecia et sporæ cum specie conveniunt. — Ad Beechworth in prov. Victoria : Falck n. 12.

— — v. **cæspitosa** Müll. Arg.; thalli laciniaë brevissimæ, erectæ v. suberectæ, compacto-cæspitosæ, supra usque ad apicem concolores, subtus nigræ et nudæ v. parcissime rhinosæ. — Juxta var. *hypoleiam* Müll. Arg. locanda est et a var. *georgiana* Ach. laciniis apice haud nigratis differt. — Saxicola, ut videtur, in montibus Grampians, Victoria : Sullivan (sine numero).

18. **Parmelia physodes** Ach. v. **leucina**; tota albido-pallida; thalli laciniaë late connatæ, apice breviuscule liberæ (ut in v. *placorhodioides*), subtus autem late niveæ, anguste digitatim divisæ. — Corticola, Dargo in subalpinis : R. Holl, sine numero.

19. **Parmelia enteroxantha** Müll. Arg.; thallus radiosolaciniatus, glauco-albidus; laciniaë validiusculæ, paullo convexæ, apice concolores. læves, late foraminosæ, subtus fuscæ, intus per totam crassitiem nitide flavissimæ; apothecia podicellata, 2-4 mm. lata, dorso demum scrobiculosa; margo integer; discus rufus; sporæ in ascis 8-næ, circ. 45 μ longæ et 24 μ latæ. — Habitu generali cum proxima *P. platytremate* congruit, at thallo intus insigniter flavo distincta est. — Corticola ad Bellinger River in N. South Wales : J. H. Maiden (misit cel. F. v. Müller sub n. 9).

20. **Parmelia pertransita** Stirt. v. **phæocarpa**; apothecia e pallido citissime tota brunneo-obfuscata; sporæ in ascis 8-næ. — Corticola, Queensland : Shirley n. 1747.

21. **Parmelia myriotrema** Müll. Arg.; thallus glauco-albidus, radiatim laciniosus; laciniae planiusculæ, apice margine tumidulo angusto et brunneo terminatæ, supra lævigatæ, tenues, copiosissime perforatæ, subtus atræ et nudæ, intus nivææ; aperturæ $\frac{1}{4}$ - $\frac{2}{3}$ mm. latæ, inæquales, sæpius longitrorsum diametro longiores; apothecia 1-5 mm. lata, novella albida, margo demum crenulatus; discus fulvescens; sporæ in ascis geminæ, late ellipsoideæ, circ. 45 μ longæ et 28 μ latæ. — Laciniae thalli insigniter crebre perforatæ ut in *Clathrina retipora*. Stirps elegans. — Corticola in Tasmaniæ monte Wellington : Rev. Wilson n. 1731.

22. **Physcia crispa** Nyl. v. **linearis** Müll. Arg.; laciniae thalli discretæ, magis lineari-angustatæ (planæ), ad margines soredioso-pulverulentæ. — Forma analoga varietatis *anthelinæ* inter *Ph. stellarem* Nyl. — Corticola prope Melbourne : Knight n. 127.

23. **Pyxine retirugella** Nyl. v. **endoxantha** Müll. Arg. f. **sorediosa**, thallus ut in planta normali, intus autem flavidus v. demum ochraceus, soredia e citrino flavicantia v. demum expallentia. — Corticola, Queensland : Knight n. 16, 17, et etiam in Java et insulis vicinis.

— v. **endoxantha** sine sorediis adest in America calidiore, et dein **Pyxinem retirugellam** Nyl. f. **sorediigeram** thallo intus albo v. albedo, sorediigero, ex insula Mauritiæ habeo.

24. **Pannaria nigrata** Müll. Arg.; thallus in peripheria obscurato-ochroleucus et minute squamoso-radians, cæterum undique fusco-niger et compacto-squamuloso-crustaceus; squamæ peripheriæ adpressæ, crenulatæ, magis centrales late in crustam subconnatæ et in lobulos erectos tuberculiformes apice cæσιο-expallentes abeuntes; apothecia $\frac{1}{2}$ - $1\frac{1}{3}$ mm. lata, adpressa, plana, nigro-fusca; margo thalino-granosus, v. etiam nudus et lævis et integer, ex obscure ferrugineo nigricans; sporæ 8-næ, 1-seriales, obtuse fusiformi-ellipsoideæ, 20 μ longæ et 10 μ latæ. — Juxta *P. obscuram* Müll. Arg. inserenda est. — Ad truncos emortuos prope Warrnambool in prov. Victoria : Rev. Wilson n. 130, Knight n. 67.

25. **Pannaria obscura** Müll. Arg.; thallus obscure ochroleucus, in peripheria v. demum undique æneo-nigricans, undique brachylobus; divisiones planæ et convexæ, rigidulæ, ad margines ante peripheriam adscendenti-lobuligeræ; lobuli tuberculiformes, cæσιο-albidi; gonimia generis; soredia desunt. — Apothecia ignota. — Præter colorem partium fere cum *P. leucosticta* Tuck. convenit, sed tota est rigidior. A *P. ænea* Müll. Arg.,

quæ corticola, laciniis etiam ultimis abbreviatis, concavis et colore partium juniorum differt. — Ad saxa arenacea et supra muscos emortuos prope Lorne in prov. Victoria : Rev. Wilson n. 523.

26. **Pannaria ænea** Müll. Arg.; thallus æneo-fuscus, opacus, breviuscule lacinosus, saltem in ambitu breviter furcato-lacinosus, laxè adpressus; laciniae cum lobis ultimis concavæ, in marginibus adscendentibus decolorato-albidæ et albedo-tuberculiferæ, subtus nigricantes aut obscuræ, tomento nigro hypothallino brevi præditæ; apothecia numerosa, marginalia, circ. 1 mm. lata; discus nigro-fuscus et planus; margo prominens, crebre plicatulo-crenatus et albedo v. subcæsiodecoloratus; sporæ 8-næ, subuniseriales, circ. 13 μ longæ et 8 μ latæ. — Juxta *P. leucostictam* Tuck. inserenda est, a qua recedit laciniis thalli magis elongatis et concavis et apotheciis subnigris. — Corticola, Queensland : Shirley n. 1786.

27. **Pannaria subimmixta** Nyl. var. **recedens** Müll. Arg.; thallus densius squamuloso-crustaceus; lobuli squamarum minus aut non adscendentes apiceque non v. parce tantum decolorato-pallidi; apothecia vulgo paullo minora, ob marginem obsoletum aut saltem minus evolutum magis convexa. Reliqua conveniunt. — Prima fronte speciem bene diversam simulat et fere *Parmeliellam microphyllam* (Sw.) Müll. Arg. refert, sed differentiæ omnes transeunt. — Ad saxa arenacea prope Lorne in prov. Victoria : Wilson n. 298 pr. p., Knight n. 105.

28. **Pannaria myrioloba** Müll. Arg.; thalli laciniae elongatæ, ditrichotome divisæ et indivisæ, concavæ, pinnatifido-incisæ, ad margines adscendentes crebre corallino-lobuliferæ (haud sorediosæ), supra fuscae et læves, glabræ, subtus rhizinis longis densis nigro-cæruleis apiceque dealbatis et ultra marginem loborum productis præditæ. Gonimia glomeruliformia. Apothecia ignota. — Indumentum paginæ inferioris fere ut in affini *P. melanotricha* Müll. Arg., laciniae autem potius ut in *P. fulvescente* Nyl., sed profundius divisæ. — Supra muscos destructos N. S. Wales : Rev. Wilson n. 1277.

29. **Coccocarpia pellita** v. **mesomorpha** Müll. Arg.; thallus intermedius inter illum v. *smaragdinæ* et v. *incisæ*, laciniae angustiores quam in v. priore, latiores quam in posteriore, hinc inde brevius incisodivisæ ut in v. *semüncisa* Müll. Arg.; apothecia fulvo-fusca v. demum fusca. — Corticola, in districtu Bellenden Ker (Bailey n. 551, antea a var. *smaragdina* non distincta) et in ins. Novarum Hebridarum : Rev. Wilson n. 1284.

30. **Thalloidima** (s. **Tonia**) **nitidum** Müll. Arg.; thalli squamæ similes iis *Th. tabacini* Mass., sed bene nitidæ, fuscae, turgido-incrasatae, subcontortuplicato-irregulares et subhemisphaericæ, lævigatæ, im-

presso-punctulatae; apotheciorum (e notula cl. Wilsoni) discus niger, 2 mm. latus, concavo-planus; margo cum disco concolor; sporae (ex eodem) 50 μ longae, 5 latae, cylindraceo-fusiformes, altero latere magis acuminatae, 7-septatae. — Est proximum peruviano *T. bullato* (Mey.) Müll. Arg., cujus thallus opacus est. — In summitate montis Kosciusko (unde misit cel. Bar. v. Müller) et in summo monte Hotham : Wilson n. 1157.

31. **Amphiloma microlobum** Müll. Arg.; thallus vitellino-ochraceus, opacus, tenuis, junior bene monocentrice radians, evolutus margine brevissime radians, caeterum undique minute ruguloso-areolatus; areolae et lobuli peripherici convexi, posteriores circ. $\frac{1}{6}$ mm. tantum lati. — Apothecia ignota. — Simile *Amphilomati cinnabario* (Ach.) v. *pallidiori* (Müll. Arg.), sed thallus multo subtilius areolatus et areolae haud planae. Ab *Amphilomate subunicolore* (Nyl.) recedit colore et lobulis ultimis non effuso-planis, et ab *Amphilomate Zambesico* Müll. Arg. differt lobulis non adplanatis et angustioribus et ab *Amphilomate flavo* (Müll. Arg.) distinguitur eodem caractere et colore. — Ad saxa vulcanica in Thursday Island Queenslandiae septentrionalis : Knight n. 225.

32. **Placodium** (s. **Placopsis**) **brachylobum** Müll. Arg.; thallus glauco- v. ochraceo-albidus, minute squamuloso-areolatus, areolae obtuse angulosae, convexulae, ultimae $\frac{1}{2}$ mm. latae, radiatim obtuse bilobae; cephalodia apotheciis paulo majora, sat regularia, rimuloso-areolata, demum radiatim sulcata, ochraceo-albida; apothecia $1\frac{1}{3}$ mm. lata (et verisimiliter majora), sessilia, subhemisphaerica, demum planiuscula, laevia; margo crassus, tumidus et integer, prominens; discus planus, carneus, primum leviter albido-pruinosis; lamina hyalina; sporae uniseriatim 8-nae, roseo-hyalinae, ellipsoideae et ovoideae, 18-20 μ longae, 12 μ latae. — Proximum est *Placodio gelido* Körb., sed thallus brevissime et hinc inde indistincte placodiali-radians et aliter coloratus et margo apotheciorum intus obtusus.

33. **Placodium imperfectum** Müll. Arg.; thallus albus, tenuis, rosulas-exiguas, 1-1 $\frac{1}{2}$ mm. latas, lobatas, arcte adnatas et ambitu subtenuatas et demum varie confluentes formans, demum reticulatim rimosus, superficie farinulentus; gonidia globosa, glomerata; apothecia $\frac{1}{3}$ - $\frac{1}{2}$ mm. lata, ex innato demum adpresso-sessilia, angulosa et orbicularia; margo thallinus tenuis, subcrenatus, leviter prominens; discus nigricans, demum fuscus; epithecium fulvescens; hypothecium hyalinum v. leviter fuscidulum; sporae in ascis 2-seriatim 8-nae, 12-15 μ longae, 7-8 μ latae, ellipsoideae. — Affine *P. albescenti* v. *murorum* Mass., at toto habitu et apotheciis subirregularibus verisimiliter non satis normaliter evolutum,

etiamsi sporis evolutis præditis, attamen thalli colore albiore, rosulis insulatim dispersis et apotheciis obscuris distinctum est. — Saxicola in Thursday Island Queenslandiæ : Knight n. 227.

34. **Patellaria** (s. **Biatorina**) **mycophila** Müll. Arg.; thallus subcæsioides-albidus, tenuissimus, demum pulverulentus, hyphis tenellis laxis et gonidiis globosis 4-5 μ . latis compositus et filamentis funginis longe radiantibus, nigrescentibus, 10 μ . latis, tota longitudine lobulos breves alternos oblongo-obovoideos ornatis instratus; apothecia circ. $\frac{2}{3}$ mm. lata, plana, laxè adpressa, indistincte marginata, ab origine undique nuda, pallide carnea; partes interiores valde hyalinae; sporæ 8-næ, late fusiformes, 13-15 μ . longæ, $4\frac{1}{2}$ -5 $\frac{1}{2}$ μ . latæ, æqualiter biloculares. — Proxima est *P. leptolomati* Müll. Arg., sed constanter in stromate fungino crescens, apothecia paullo majora, non margine albido cincta. Insuper bene similis est brasiliensi *P. superpositæ* in eodem mycelio crescenti, at differt sporis (permultis visis) brevioribus, ambitu latioribus et tantum bilocularibus. — Follicola in Queensland : Shirley n. 1797.

35. **Patellaria** (s. **Catillaria**) **verrucosa** Müll. Arg.; thallus flavescens-albus, crassiusculus, subdiffracto-verrucoso-areolatus, verrucæ convexulæ, demum gleboso-pulviniformes, læves, opacæ; apothecia circ. 1 mm. lata, nigra, opaca et nuda, sessilia, basi constricta, novella concava et valide marginata, demum plana et tenuiter v. tenuissime marginata; epithecium nigro-fuscum, reliqua interiora vinoso-fuscescentia v. vinoso-subhyalina; sporæ in ascis angustis apice valde pachydermeis 8-næ, hyalinae, 10-11 μ . longæ et 4-4 $\frac{1}{2}$ μ . latæ, oblongo-ellipsoideæ, utrinque obtusæ, rectæ et incurvæ, æqualiter 2-loculares. — A proximis *P. alboflavicante* et *P. rimosa* Müll. Arg. statim recedit thallo verrucoso-areolato. — Ad saxa maritima prope Sandringham Victoriæ, ad limitem aquæ marinæ maxime adscendentis : Rev. Wilson n. 1743.

36. **Patellaria** (s. **Psorothecium**) **Frenchiana** Müll. Arg.; thallus prasino-virens, siccus obscure virens-cinereus, tenuissimus, subevanescentis; apothecia circ. 1 mm. lata, sessilia, crassiuscula, plana et tenuiter marginata, sicca supra et in dorso receptaculi concolori-nigra et nuda, bene madefacta tamen nigro-fusca; epithecium anguste olivaceo- v. cœrulescenti-nigrum, reliqua interiora hyalina v. stratum sub hypothecio hyalino obsolete hyalino-fuscescens; sporæ 8-næ, 27-30 μ . longæ, 10-12 μ . latæ, utrinque rotundato-obtusæ. — Est proxima *P. superfluæ* Müll. Arg., a qua differt apotheciis magis planis, intus in sectione obscurioribus, et præsertim thallo definite aliter colorato. — Corticola, in Australiæ Mount Mueller, alt. 4500' : Ch. French jun.

37. **Patellaria** (s. **Psorothecium**) **melaclinoides** Müll. Arg.;

thallus leviter flavescenti-albidus, tenuis, rugulosus et sæpe disrupto-asper; apothecia 1-1 $\frac{1}{2}$ mm. lata, sessilia, crassiuscula, basi constricta, tota nigra et nuda, e plano demum convexa; margo primum crassiusculus, obtusus et lævis, demum tenuis; perithecium fulvo-fuscum; epithecium cœruleo-nigrum; hypothecium ochraceo-fuscescens et tenue, zonæ albæ impositum; asci 8-sporei; sporæ 30-40 μ longæ, 22-26 μ latæ, late ellipsoideæ et medio sæpe constrictæ, æqualiter biloculares. — Est proxima *P. melaclinæ* Müll. Arg., sed differt sporis majoribus, ambitu latioribus, et hypothecio non (profunde) cœruleo-atro. — Corticola, Queensland: Shirley n. 1536, 1551, 1762.

38. **Patellaria** (s. **Bilimbia**) **Campbelliæ** Müll. Arg.; thallus cinereo-flavicans, dein versicolori-obscurior, olivaceus et fuscescens, tenuissimus, sublævis; gonidia globosa, circ. 4 $\frac{1}{2}$ μ lata; apothecia rufescenti- v. ferrugineo-fusca, v. demum magis obscura, $\frac{1}{6}$ - $\frac{1}{4}$ mm. lata, crassula, subgloboso-patellaria, convexa et immarginata v. etiam superne late depressa et in depressione pallidius umbonata, undique nuda; hypothecium rufescenti-fusculum, interiora cæterum undique hyalina; sporæ in ascis 8-næ, digitiformes v. inferne magis attenuatæ, 4-loculares, 25-32 μ longæ et 3 μ latæ. — Prope *P. Stanhopiæ* Müll. Arg. inseri potest, attamen nulli cognitarum arte affinis est. — In foliis Iridis, ad Queenscliff in prov. Victoria, ubi leg. Mistress Martin, nata Campbell, unde misit Rev. Wilson sub n. 1732.

39. **Patellaria** (s. **Sagiolechia**) **leptoplacella** Müll. Arg.; thallus griseo-albidus, tenuissimus, subtiliter granularis, hinc inde interruptus; granula irregularia, haud bene contigua, applanata, apotheciis pluries minora; apothecia nigra, 2/10-4/10 mm. lata, plana, tenuiter marginata; epithecium et hypothecium nigro-fusca; sporæ in ascis biseriatim 8-næ, 11-13 μ longæ, 3-3 $\frac{1}{2}$ latæ, obtuse fusiformes, 4-loculares. — Juxta japonicam *P. fusiformem* Müll. Arg. Lich. Yatab. n. 99 inserenda est, a qua recedit thalli natura et colore et dein sporis duplo minoribus. — Saxicola, in Queensland: Shirley n. 1911 pr. p.

40. **Patellaria** (s. **Bacidia**) **superbula** Müll. Arg.; thallus haloniformi-tenuis, lævis, subevanescens, griseo-albus; apothecia forma et colore ut in *P. cinnabarina* Sommerf., pulchre cinnabarino-rubra, $\frac{1}{3}$ - $\frac{3}{4}$ mm. lata, sessilia, novella paullo concava, sc. obtuse marginata, demum immarginata, plana aut leviter convexa, nuda et undique concolora; lamina ochraceo-fulvescens, subhyalina; asci modice polyspori, ambitu lati, diametro 15 μ attingentes; sporæ contortæ, tenuissimæ, circ. 35 μ longæ et tantum 1 $\frac{1}{2}$ μ latæ, haud distincte septatæ. — Species eleganti-pulchella, a comparata specie vix nisi sporis et ascis omnino aliis rite distiguenda. — Ramulicola, in Victoria: Ch. Knight n. 231.

41. **Patellaria** (s. **Bacidia**) **modestula** Müll. Arg.; thallus dense leproso-furfuraceus, crassulus, obscure olivaceus v. demum nigrescens; apothecia $\frac{2}{5}$ mm. lata et minora, adpresso-sessilia, crassiuscula, novella nigro-fusca et plana, marginatula, mox autem nigra, alte convexa et immarginata, tota nuda et opaca; epithecium cerasino-fuscum; hypothecium fuscescens; sporæ in ascis 8-næ, modice contortæ, 28-36 μ longæ, 2-2 $\frac{1}{2}$ μ latæ, inferne longius angustatæ, 3-6-septatæ. — Characteribus proxime ad dissimilem *P. cerasenteram* (Nyl.) Müll. Arg. (e Nova Zelandia) accedit, sed differt colore et natura thalli et apotheciis opacis minoribus mox immarginatis. — Ramulicola, in prov. Victoria : Ch. Knight n. 228.

42. **Patellaria** (s. **Bacidia**) **rudis** Müll. Arg.; thallus olivaceo-cinereus, crebre leproso-granularis, scobiculoso-asperulus; apothecia 1-1 $\frac{1}{2}$ mm. lata, sessilia, basi constricta, crassiuscula, subplana; receptaculum extus thallino-exasperatum, haud pure nigrum; margo leviter prominens et mediocris, inquinato-niger; discus fuscus, demum nigratus, cum margine opacus; epithecium olivaceo-nigricans; hypothecium cupreo-fuscum; sporæ 8-næ, subrectæ, circ. 60 μ longæ et 4 μ latæ, 11-13-septatæ, inferne longe angustatæ. — Prope americanas *P. spadiceam* et *P. subacerrinam* Müll. Arg. inserenda. — Corticola, in Queenslandia : Shirley n. 1760.

43. **Patellaria** (s. **Scoliciosporum**) **livido-nigrans** Müll. Arg.; thallus fuscescenti-olivaceus, subtiliter leproso-granularis; apothecia $\frac{2}{5}$ mm. lata et minora, convexa, immarginata, juniora præsertim madefacta æruginoso-subpallida, dein livido-fuscescentia et in nigrum abeuntia, nuda et opaca; epithecium in apotheciis evolutis virenti-nigrum; lamina superne virens; hypothecium hyalinum; sporæ in ascis oblongo-obovoideis 8-næ, spiraliter contortæ, circ. 20-25 μ longæ, tota longitudine 2-2 $\frac{1}{2}$ μ latæ, utroque apice obtusæ, 4-loculares. — A proxima *Patellaria umbrina* (Ach. sub *Lecidea*) et *P. asserculorum* (Ach. sub *Lecidea*) differt thallo multo subtilius leproso-granulari et colore apotheciorum. — Ramulicola, Victoria : Ch. Knight n. 215.

44. **Cœnogonium** **ornatum** Müll. Arg.; trichomata amorpho-congesta, haud fasciculata, sat firma et rectiuscula, e virescenti-glaucodemum vulpino-tincta, diametro 20-23 μ æquantia; articuli 2-3-plo diametro longiores, distincte hyphoso-obducti; apothecia 45/100-60/100 mm. lata, pulcherrime intense purpureo-carnea, undique concolora, plana, obsolete marginata; paraphyses apice clavatæ, subtruncatæ; sporæ 8-næ, 8-10 μ longæ, 2-3 μ latæ, anguste fusiformes. — Juxta *C. interpositum* Nyl. locandum est. — Corticola, Queensland : Shirley n. 1787.